

*De Empetro.* CAP. CLXXXI.

**E**MPESTRON aliqui phacoides vocant.  
Nascitur in maritimis & montanis, sal-  
so gusto, quod vero propius terræ fuerit, a-  
marius sentitur. Trahit pituitam, bilem &  
aquam, datum in iure aliquo, aut in hydro-  
melite.

*De Clematitide.* CAP. CLXXXII.

**C**LEMATITIS sarmentum emitit sub-  
crubrum, & vitilium modo lentum & fo-  
lium gustatu admodum acre & exulcerans.  
Arboribus autem smilacis in modum sele  
circumvoluit. Semen tritum, pituitam bi-  
lemque detrahit, in aqua aut hydromelite  
potuisti. At imposita folia, leptas remouent.  
Caterum cum lepidio conditum ad cibos.

*De Vite sylvestris.* CAP. CLXXXIII.

**V**ITRIS sylvestris sarmenta vitis modo  
longa emitit, eaque signosa, aspera &  
rimoso cortice: folia vero solani hortensis  
similia, at latiora longioraque: florem capil-  
lare, muscosum; fructum exiguis, viis si-  
milem, ac ubi maturitatem ass. curus est, ru-  
bentem: rotunda autem est acinorum figu-  
ra. Radix decocta in aqua, potaque in vint  
aqua marina diluti cyathis duobus, aquola-  
ciet: atque ideo hydropticis datur. Vix eius  
tum maculas a sole contractas, tum & alias  
omnes

omnes expurgant. Cibi verò gratia nouelli  
surculi coniduntur.

*De Vite alba.* CAP. CLXXXIIII.

**V**ITEM albam aliqui bryoniam, alij o-  
phiostaphylon, alij chelidonium, alij  
melothron, seu psilotron, alij archezostin,  
agiostin aut cedrostin vocant. Sarmentis,  
foliis & tortilibus pampinis satiuam yitem  
imitatur: sed hirsutiora iunt omnia. Vicinis  
verò fruticibus implicat sese, illos suis clau-  
culis amplectens: fructum autem gerit race-  
mosum, fuluum, quo quidem coria depilantur.  
Ex ea asparagi qui prima germinatione  
exeunt decocti in cibo, aluum & vrinam  
cient. Folia, fructus & radix, yim acrem sor-  
tiuntur: proindeque Chironis, gangrena  
comitatis, phagedenicas, ac denique tibia-  
rum putridis ulceribus efficaciter cum sale  
illinuntur. Radix corporis cutem abstergit  
& erugat: maculas itidem à sole contractas,  
varos, lentigines ac cicatrices nigras emen-  
dat cum cruo, terra Chia & fœnograeo. Eo-  
dem effectu prodest decocta in oleo, dum li-  
quescat atque dissoluatur. Tollit & sugilla-  
ta, & digitorum pterygia coeret: illita ex  
vino, inflammaciones discutit, & abscessus  
rumpit: trita quoq; & imposita, infraicta ossa  
extrahit: septicis denique medicamentis a-  
ptè immiscetur. Bibitur eadem ad morbum

comitialem drachmæ pondere quotidie, anno toto. Prodest etiam nūm attonitis & vertiginosis, similiter assumpta. Drachinis verò duabus pota, contra viperarum morsus auxiliatur & partus enecat: mentem verò interdum turbat aliquantulum. Cit & vri-nam epota. Subdita autem vuluæ, partus secundâlque morantes trahit. Sed & eclegma ex ea fit cum melle strangulatu oppressis, ægrè spirantibus atque tussientibus, laterum doloribus, ruptis atque vulsis. Quinetiam splenacum ternis obolis pota ex aceto tricens diebus consumit: necnon & ad eadem cum fico utiliter illinitur. Ad muliebres infessus decoquitur, qui quidem vuluam purgandi & fœtus enectos eiiciendi vim ha-bent. Succus è radice vere exprimitur, qui ex aqua mulfa potus tum cætera antedicta præstat, tum & pituitam trahit. Ad psoras & lepras fructus efficaciter inungitur atque imponitur. Sed & eius succus lactis abundantiam facit, si cù tritico cocto sorbeatur.

*De Vile nigra.* CAP. CLXXXV.

Nigravitis, quam aliqui bryoniam ni-gram, alij Chironianam vitem nominant, fo-lia fert hederæ, ad similacris folia propiliis ac-cedentia, sed maiora, caules etiam huic si-miles: ac ipsa quoque vicinas arbores ca-preolis suis amplectitur: fructus racemati-mi-coharet,

cohæret, qui inter principia viret, ac post maturitatem nigricat: radix foris nigra, intus buxeo colore. Huius etiam caulinus qui primo germinum partu erumpunt, olerum modo in cibos recipiuntur. Vrinas porr̄ cent, menses pellunt, ac liuenem minuunt, nec non & comitalibus, vertiginosis ac neruorum resolutione tentatis prosunt. Radix iisdem quibus albae viribus pollet, eadēque præstat, sed inefficacius. Folia vero cum viño, exulceratis iumentorum certucibus efficaciter illinuntur: ac luxatis etiā similiter imponuntur.

*De Filsee.* CAP. CLXXXVI.

**F**ILICE, quam aliqui blechnon, alijs polyrrhizon vocant, folia sine caule, sine flore, sine semine, caque ex uno pediculo cubitali fermè longitudine excidunt, incisa & pinnarum modo vtrinque expallida; subgrauit odore: radicem vero habet per summa cespitum nigram, quadanterius longam, multas sudentem propagines, quæ sunt subadstringente gustu. Nascitur in montanis saxofiliisque locis. Huius radix, latum lumbicum, quam tæniam vocant, excutit, sumpta drachmis quatuor ex aqua mulsa: melius, si cum scammonij aut ellebori nigri rotidem obolis detur: verum eos qui sumunt, allia prius edisse oportet. Eadem la-

borantes ex liene efficaciter restituit. Quinetiam cum axungia contrita & imposta, i-  
etis ab arundine efficaciter auxiliatur: cuius  
rei probatio talis fortur. Perimetur filix,  
quam per ambitum sata copiosior arundo  
cinxerit: & contra extinguetur & evanescet  
arundo, quam multa filix circundederit.

*De Thelypteri, seu filice fœmina.*

C A P . C L X X X V I I .

Thelypteri seu filix fœmina, quam aliqui nymphæ apterin nominant, foliis est  
filicis: quæ tamen non singulare, nulla, pe-  
culio barent, sed è numerosis altioribus  
que propaginibus excent. Radices sublacent  
longe iuxquum, numerosæ, ex nigro sta-  
uelcentes: aliquæ etiamnum rubrae inue-  
niuntur. Et hæ quoque radices cum melle  
in eclegmate sumptæ, lata interaneotum a-  
nimata pellunt: potæ vendæ ex vino drach-  
mis tribus, teretes humbris cœiunt. Datæ  
fœminis, conceptum impediunt: quod si à  
graviditate manatur, abortum illa faciet. Ea-  
rundem farina præhumidis & ægre san-  
scientibus lecribus inspergitur, ac iumen-  
torum quoque ceruicibus medetur. Cate-  
xim exha folia quæ recens bruciant, ole-  
sum vice manduantur, et aluum emolliant.

*De Po.*

L I B R I I I .

De Polypodio, seu filicula.

CAP. CLXXXVIII.

**P**O LYPODION nascitur in Muscofis petris & vetustis queruum radicibus, palmi altitudine, filici simile, lubbritutam & incisum, at non perinde tenuis diuisura. Radix subiacet pilosa, cirros habens seu polyporum, crasitudine minimi digiti. Hæc si derafa fuerit, colotis intus herbacei competet: acerba vero est atque gustu sub dulcis, putgandi vi prædicta. Datur porrò ad aluum soluendam cocta cum gillina, aut pise bus, aut beta, aut malua. Aida farina aqua mulsa impelta, detrahit pituitam ac bilam. Trita easdem, luxatis efficaciter imponetur, & aduerius rimas quæ inter digitos sunt.

De Dryopteri. CAP. CLXXXIX.

**D**RYOPTERIS in veterum roborum muscofis partibus enascitur, filici simili, at multo tenuiore foliorum incisura; radicibus inter se implicitis, hirsutis, gustu astringentibus & ad dulcedinem vergentibus. Ea si trita cum radicibus illi natura pilos aboleat. Primum autem cicutem postea quam exundauerit abstergere oportet, ac deinde recentem ipsam imponere.

De Cnicis. CAP. CXVI.

**C**NICVS foliis constat oblongis, per ambitum diuisis, asperis, acutatis: cau-

bus cubitalibus, & in eorum cacumine capitulis oliuæ magnitudine: flore croci: semine candido aut fulvo, oblongo, angulo-  
so; illo flore in obsoniis vtuntur. Seminis  
verò contusi & expressi succus ex aqua mul-  
ta aut gallinacci iuiculo aluum purgat, sed  
stomacho aduersatur. Fiant & ex eo pla-  
centulæ aluum emollientes, adiectis succo  
amygdalis, nitro, aniso & melle cocto. Hæ  
in frusta quatuor dividuntur, quæ nucis ju-  
glandis magnitudinem impleant: è quibus  
ante cœnam duo triâve sumi oportet. Ratio  
temperandi ea est, vt accipientur, cnici can-  
didi sextarius unus, nucum Thasiarum seu  
amygdalarum tostarum & decorticatarum  
cyathi tres, anisi sextarius unus, aphronitri  
drachma una, cum carne caricularum nume-  
ro triginta. Cæterum seminis succus lac-  
tiam coagulat, ipsimque ad soluendam al-  
uum efficacius reddit.

*De Linozostide, seu Mercuriali.*

CAP. CXCI.

**L**INOZOSTIN aliqui parthenium, alij  
Mercurij herbulam appellant. Folia ha-  
bet ocimi, helixinæ cognata, sed minora: ra-  
mulus duplice geniculorum nodo cinctos,  
& alarum cauis multis iisque densis prædi-  
tos: semè, fœminæ quidè, racemosum atque  
copiosum: mari verò, iuxta folia paruum

ac